

TRACTATUS  
DE IVRE  
VNIVERSITATVM

OMNIBVS LEGVM STUDIOVIS,  
& in Foro, & in Scholis versantibus  
maximè utilis, ac necessarius.

AVTHORE NICOLAO LOSÆO  
TAVRINENSI I.C.

ET SERENISSIMI SABAVDIÆ DVCIS  
Consiliario Status, Referendario,  
ac Senatore.



LVGDVNI,  
Sumptibus ANTONII CHARD,  
sub signo S. Spiritus.

---

M. DC. XXVII.  
SUPERIORVM PERMISSV.



SERENISSIMO

CAROLO

EMMANVELI

SABAVDIÆ DVCI,

ET ITALIAE SVBALPINÆ  
Principi inuictissimo,

NICOLAUS LOSÆVS S. & F.



*VM* *varium*, pro  
*vario* cuiusque genio  
et ingenio, apud om-  
nes benè merendi stu-  
dium, et ratio probe-  
tur; tum verò illa commendabilis  
maximè videri potest ( DVX  
SERENISSIME ) que, scriptorum



# TRACTATUS DE IVRE VNIVERSITATVM

## *Pars Prima.*

**I**NVOCATO prius Diuino auxilio, vbi enim CHRISTVS non est fundamentum, ibi nullius boni operis superest ædificium. *1. quest. 1. cum Paulus; Nana ex huiusmodi Diuini nominis inuocatione, bonum principium, melius medium, & optimus finis prouenit. Auth. quom. oper. Episcop. in princ. Bart. & alij Doct. in proem. Digestor. in princ. glossa prima in Rub. proemij Institutionum, quia ex diuisione, & distinctione quæstionum, negotium fit clarius, cap. super literis. extra de rescript. Distinctio enim & partitio tria operatur, animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, memoriam artificiosè reformat. l. 1. in princ. ff. de doli exceptio. gl. in §. igitur. in verbo easdem Institutiones. in proemio Institutionum. Ideo diuidendum duxi hunc tractatum in quinque partes principales. In prima videbimus quid sit vniuersitas, quot sint vniuersitatum species, & postremo loco de officialibus, & administratoribus vniuersitatum tractabimus. Secunda pars versabitur*

collegio nihil possit relinqui, singulis tamen Iudæis potest relinqui. Sed an hoc procedat, & locum habeat de iure canonico, vt scilicet singulis Iudæis possit hæreditas, legatum, vel fideicommissum relinqui, vide *Barth. Socinum in d.l. cum senatus, num. 2.* Sed quid † si legatum fuit factum Iudæis alicuius loci, puta 56 istius ciuitatis Taurini, vel omnibus alicuius collegij illiciti, non tamen ratione sectæ, vtrum videatur, vt collegio relinqui, vt ita non valeat; an autem vt singulis, vt ita valeat? Certè videtur factum tanquam singulis quia in dubio † actum interpretari debe- 57 mus, vt potius valeat, quàm non valeat, *l. quoties, ff. de rebus dubiis.* maximè ne contra legem actus factus esse videatur. *arg. l. merito, ff. pro socio.* & † ne videatur 58 testator viam elegisse, per quam iudicium suum impugnetur. *l. si miles, qui destinauerit, ff. de milit. testament.* & quia testator censetur velle, vt actus valeat, eo modo quo potest valere. Supradicta autem procedunt, quando sunt verba, quæ multipliciter possunt intelligi; secus si de proprietate sermonis, & verborum, ostenderetur, & constaret actum factum esse contra legem; nam † in incertis, & non certis, & 59 claris locus est coniecturis. *l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.* *Barth. in d.l. cum senatus, num. 3.* *Barth. Socinus ibid. num. 4. cum sequentibus.* Et ex istis sit expedita hæc quinta, & vltima pars huius nostri tractatus, Beatissima, ac piissima semper Virgine, & Matre Maria ausum nostrum benè iuuante, Deoque optimo maximo cogitationes præparante, & perficiente, qui bonorum omnium largitor est, & vniuersorum Deus in sæcula,

P I N I S.

INDEX